Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

# Joh. Jonstoni Thaumatographia Naturalis

Jonston, Jan

Amstelodami, 1661

Caput XII

urn:nbn:de:bsz:31-97032

Visual Library

nique eſt illud ſpectaculum, in quod ſe incidiſſe narrat Cleanthes. Veniſſe nimirum formicas de ſuo cavo ad aliud formicarum examen, formicam portantes mortuam. Ex hoc adſcendiſſe alias formicas tanquam ad colloquium, rurſumque deſcendiſſe. Id bis terve factum. Tandem has ſurſum extuliſſe vermem tanquam redemptionis precium pro mortua. Hoc illas accepto & reddito formicæ cadavere diſceſſiſſe.

## CAPUT XII.
## DE HIRUDINE & HIPPOCAMPO.

IN flumine quodam Mauritaniæ, ſeptenum cubitorum *Hirudines* gigni, refert *Strabo*; quibus perforata gula, per quam ſpirant; In omnibus foramen exile in medio eſt, ab ore & alvo unus continuus ductus. In febribus putridis maximus earum uſus. Admotæ enim ani venis, detractis prius pilis, & applicata cucurbitula, ut venarum appareant orificia, multum ad capitis affectus mitigandos, coctionemque juvandam conferunt. Abſorpta aliquando à nonnullis in potu, teſte *Galeno*. ſuffitu cimicum expellitur. *Hippocampus* piſcis eſt minime edulus, ſingularis formæ, cui caput equinum cum proboſcide jubatum eſt, corpus reliquum cartilagineis creniis exaſperatum; in dorſo pinnula cauda, quadrata & plexilis. Totius longitudo dodrantalis eſt, captus brevi exſpirat, & dum recens, noctu lucet.

## CAPUT XIII.
## DE LOCUSTA INSECTO.

LOcuſtarum circa Brunduſium ingens eſt copia. In Lemno inſula certa enecandorum unicuique præfinita menſura eſt, quam ad Magiſtratus referat. In Cyrenaica ter debellantur in anno, deſertoris conſti-